

tur esse Dei, & quatenus habet esse, essentialiter pendet à Deo multo magis quam pendat acci- dens à substantia. Hoc igitur modo dicitur ens de creatura per habitudinem seu attributionem ad Deum. Quod non est ita intelligendum, ut existi- metur creatura concepta sub abstractissima, & confusissima ratione entis ut sic dicere habitudinè ad Deum, id. n. est planè impossibile, ut rectè probant argumenta superius facta, cum sub eo cõceptu non cõcipitur creatura, ut ens finitum & limi- tatum est, sed omnino abstrahatur & solum cõsuscipiantur sub ratione existentis extra nihil. Est ergo ita intelligendum, ut in re ipsa creatura non participet rationem ens nisi cum subordinati- one quadã essentiali ad Deum, quod est per se euidentiſſimum, cum essentialiter, sit ens ab alio, ut in superioribus etiam declaratum est.

XXVII.
Vera analogia attributionis inuenitur in multis intrinsecis formis habentibus. Bessar. D. Thom. Alen. Scotus. Aristot.

Altera verò pars, scilicet q. hæc habitudo & subordinatio cõstituit aliquem modum analogiæ, probatur ex Aristotele lib. 5. Metaph. c. 6. vbi ait, illa esse vnum secundum analogiam, [quæcunq; se habent vt aliud:] ita. n. vertit Bessation, Græca verò ad litteram habet, [vt aliud ad aliud.] Vnde fere omnes expositores existimant, Aristotele lo- qui de analogia proportionalitatis, in qua hoc fe- licet ad illud, sicut aliud ad aliud. Tamè rectè pos- sunt verba generalius intelligi: nam & D. Tho. & Alex. A lens. & Scot. intelligunt illa verba de his analogis quæ dicuntur ad vnum terminum, vt dicuntur vrina & medicina sanæ, per habitudinem ad sanitatem aſalis, & eadem ratione possunt illa verba intelligi de his quorundem vnum ad aliud dicitur: nam de his etiam verum est dicere, ita se habere, vt aliud ad aliud dicatur, sic autem se habet creatura ad Deum in ratione entis. Vnde idem Aristot. 4. Metaph. c. 2. ait, [ens multipliciter dicitur vnum ad vnum:] & idem repetituli. 7. c. 4. vbi generaliter ait, oia quæ ad vnum dicuntur esse analogæ. Et his lo- cis comprehendit analogiã attributionis acciden- tium ad substantiam, quã constat esse talem, vt ratio entis propriæ & intrinsecè omnib. cõueniat.

Quia verò accidentia non participant illam rationem nisi per habitudinem ad substantiam, id factum est ad constituendam analogiam attributionis. Ergo eadem vel maiori ratione in præſenti sufficiet. San- dè ratione declaratur, quia ipsam ens, quantumuis abstractè & confuscè conceptum ex vi sua postulat hunc ordinem, vt primò ac per se & quasi cõple- te competat Deo, & per illud descendat ad reliqua quibus non inſit nisi cù habitudine & dependen- tia à Deo: ergo in hoc deficit à ratione vniocci, nam vniocum ex se ita est inſiſſeris, vt æqualiter, & sine vilo ordine vel habitudine vnus ad alterum ad inferiora descendat: ergo ens respectu Dei, & creaturarum merito inter analogæ cõputatur. Atq; hoc magis cõſtat ex ſolutionib. argumentorũ. Quanquã, vt verum fatear, inter eos qui admittunt vnum conceptum confusum entis, vix potest esse in hac quæſtione diſſenſio de re, sed de modo lo- quendi: nam sine dubio hæc ens magnam simili- tudinem cù terminis vniocis, cù medio vno cõceptu abſolutè & sine addito de Deo & creatura prædicatur, quam ſolam conuenientiam conſide- rantur, qui illud vniocum appellarunt, quo modo loquendi vnioc interduam Aristoteles, vt patet ex li. 2. Metaphysicæ, c. 1. in fine, vbi ad litteram Græca habet, [Vnum quodq; vel illud præ cæteris ma-

ximè tale est, secundum quod aliis vniocatio in- est.] Vnde concludit illud esse maximè verum, vel maximè ens quod est aliis causa vt talia ſint. Tam, si autem cõſideretur prædicta diſſer- tia, & modus, quo ratio entis in Deo & aliis rece- ritur, facile intelligitur, multum deficere à vera vniocatione, & veluti primum ordinem analogorum conſtituere.

Responsio argumentorum.

AD fundamentum ergo secundæ sententiæ negatur illa cõsecutio. Ens dicit vnum cõceptum communem Deo & creaturis: ergo dicitur de eis vniocce. Ad primam probationem diſtinguitur aliqui de conceptu ens: aut. n. ſumitur vt includit proprias rationes inferiorum, aut quatenus illas excludit, seu non includit. Priori modo aiunt, ens esse analogum, quia includit plura habetia inter se ordinem, & sub hæc ratione negant ratio- nem entis esse eandem in creatura & creatore: imò negant esse vnum conceptum entis, quia non pos- sunt in vno conceptu includi illa membra ſm. p. prias rationes. Posteriori autem modo concedunt, ens esse vnum nomine, conceptu, & ratione, negant tamen esse vniocum, quia sub eatione non dicit ordinem ad inferiora, non dicitur autè aliquid esse vniocum vel analogum, nisi per ordi- nem ad inferiora. Hæc verò reſponſio ſupponit di- ſtinctionem quã ſupra receimus vt inuenim ad explicandam ſignificationem huius vocis [ens,] & vniocatem conceptus eius: à ens vt includit, p. prias rationes inferiorum nec ſignificatur hæc voce [ens,] nec concipi potest conceptu proprio & adæ- quato illi cõreſpondente. Nã ens prout includens in inferiora ſm. proprias rationes non est ens tm, sed est ens finitum & infinitum, ſubſtantia & acci- dens, & c. quæ, ſicut non poſſunt ſm. proprias ratio- nes vno conceptu à nobis concipi, ita nec vno nomine ſignificari: ergo illa diſtinctio de ente in- cludente, vel non includente inferiora, nihil reſer- uat ad ens analogiam explicandam. Cõfirmatur ac declaratur, nã vel est ſeruo de ente actum & diſtinctè includente inferiora, & contra hoc pro- ce dit ratio facta, q. hõmõ conceptus nec correſpon- dēt huic voci [ens,] nec pertinent ad ens in quan- tum ens, ſed in quãum ſubſtantia vel accidens, &c. Vel est ſeruo de ente confuſum & quaſi in po- tentia includente inferiora, & ſic ſaltem eſt, illi nõ reſpondere vnum cõceptum cõem, ſed proprios conceptus Dei & creaturæ, ſubſtantia & acci- dens, quia eſt manifeſta repugnantiã q. in cõceptu confuſo includatur diſtincta conceptio particula- rum rationum entis. Tandem eadem ratione dici poſſet animal, prout includit inferiora, non eſſe vniocum, id eſt, prout ſubordinatur propriis & diſtinctis conceptibus inferiorum, quia vt ſic non habet vnum conceptum: eſſet autem inutilis & ſtriuola reſponſio, quia nec illi conceptus re- ſpondent huic voci animalis vt ſic, nec; illud eſt tantum animal, ſed eſt homo, equus, &c.

Ex alia ite parte falſum videtur quod in illa re- ſponſione dicitur, ens vno non includens inferiora nec; eſſe vniocum, neq; analogum, quia vt ſic non cõparatur ad inferiora. Nã vel eſt ſeruo de actuali nouitiã cõparatiua ex parte intellectus, & hæc non eſt neceſſaria ad vniocationem: hominis

XXVII.

Vide Iauo 4. Meta. q.

Reſcritura quorum reſponſio.

XIX.